



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Analysis Methodica Ivris Pontificii

Venator, Daniel

[S.I.], 1579

VD16 V 541

De Cognitione Spirituali. Titulus XI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63204)

816 ANALYS. IVRIS PONTIFICIJ
esse personarum differentiam faciendam statui-
tur: sed quia ob talem errorem nullus consensus
contrahendi matrimonij interuenisse fauore li-
bertatis præsumitur, c.fin.extr.eo. & per tot. 29.
quæst. 1.

DE NATIS EX LIBERO ventre.

Titulus X.

CAUSA ingenuitatis est, natiuitas. Partus e-
nim quod ad libertatem, sequitur ventrem,
& conditionem matris. Nec hoc absq; cau-
sa, mater enim pluribus temporibus in cosequen-
ta libertate partui prodeesse poterit: tempore vi-
delicet, conceptionis, gestationis & partus. Quo-
cunq; horum temporum mater libera est, partus
nascitur liber, instantium ut etiam spurius libera
matre natus libertate consequatur. Quia, vrat,
Marcianus, l. & seruorū, ff. de statu hominū, Nō
interest iustis nuptijs conceperit, an vulgo: ma-
tris enim calamitas non debet nocere ei, qui in
ventre est. Quod si aliud obseruatum confuetu-
dine sit, nulla habetur ratio vētris, sed natus ex
libero & ancilla conditionem patris sequitur, c.
licet, extr. de coniug. ser: Sicuti etiam quod ad ho-
nores & dignitates patris conditio partui profi-
cit, &c. l. liberi, ff. de senato.

DE COGNATIONE SPIR. tuali.

Titulus X I.

Continuatio.

COgnatio quoq; nuptijs contrahendis impē
dimentum præstat, dirimitq; contractas.
Quoniam

Quotuplex Cognatio?

Triplex: spiritualis, legalis, & naturalis.

Quid est Spiritualis?

Spiritualis cognatio est, attinentia quædam, proueniens ex Sacramenti collatione, vel ad Sacramentum detentione, glos, in c. i. de cognat. spirituali, in 6.

Quot sunt species spiritualis Cognitionis?

Sunt tres: compaternitas, paternitas, & fraternitas. compaternitas attēditur inter suscipiente ex Baptismo, parentesq; baptizati, c. quod autē, 30. q. 4. &c. i. eod. tit. in 6. Paternitas contrahitur inter baptizantem, & baptizatum, & inter suscipientem vel patrinum, & susceptum, d. c. i. eod. in 6. Fraternitas contrahitur inter filios naturales patrini, & baptizatum, d. c. i. in 6.

Quæ causa Efficiens spiritualis Cognitionis?

Statuta Pontificum, per totum tit. extr. de cognat. spirituali, & eo. tit. in 6.

Quod Subiectum?

Omnis personæ, inter quas spiritualis cognatio contrahitur. contrahitur autē, ut ait Bonifacius VIII. nedum inter baptizatū & illum, qui eū suscepit de Baptismo ac inter eundem baptizatum & suscipientis filios & vxorem ante susceptiōnem carnaliter cognitam ab eodem: Imò etiam inter suscipientem, patremq; baptizati, & matrem, c. i. eod. tit. in 6.

Quod Obiectum?

Baptismus, susceptio pueri, ex Baptismo, confirmation, & Cathechismus. Dicitur autem hic cathechismus, illa instructio, quæ baptizandi a-

Fff

ctum

18 ANALYS. IURIS PONTIFICII

Etum præcedit, c. ante vigesimū, dist. 4. de consec.

Quæ Forma inducendæ Cognationis spirituali?

Est præstatio munera baptizandi, suscipien-
di, confirmandi & instruendi, iuxta Ecclesiæ ri-
tus, ab ijs, quibus hoc cōmittitur, facta. Qui au-
tem sit baptizandi suscipiendi, &c. modus? patet
per totum, dist. 4. de consecrationibus.

Qui Effectus?

Primus. Quod cognatio spiritualis per Baptis-
tum, vel confirmationem, inducta inter illas
personas, inter quas iuxta, c. i. eod. tit. in 6. ipsa
contracta esse dicitur. Non tantū impedit mar-
rimonium contrahendum, verū etiam diri-
mat contractum, d. c. i. eo. in 6. c. Martinus, extr.
eod. c. veniens, &, c. tua nos, extr. eo. c. 1. 30. q. 1. &
c. 1. &, c. si quis vnus, 30. q. 4. c. ita diligere, 30. q. 1.
&, c. si quis, cùm mane, 33. q. 2.

Secundus. Quod cognatio spiritualis, per Ca-
thechismum contracta, non rescindat matrimo-
nium contractum, sed impedit tantū contra-
hendum, c. contracto, extr. eod. &, c. 2. eod. in 6.
Qui tamen effectus tunc locum sibi vendicant,
cùm consuetudo absq; Ecclesiæ scandalio in con-
trariū nō sit obseruata: vbi enim loci consuetu-
do fuerit, vt nuptiæ inter spirituali cognatione
sibi deuinctos in Ecclesia permittātur, marimo-
nium legitimè contractum ob hoc temerē non
erit turbandū, vel rescindendū, c. i. §. nisi cosue-
tudo, c. super eo, §. verū si de cosuetudine, ex. eo.

DE COGNATIONE LEGALI.

Titulus XII.

Cognatio legalis nuptias quoq; inter eas per-
sonas,

